



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

60. Quale peccatum sit Gula.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

*De Gula, quid sit, & quæ eius species.*

CAPUT LIX.

**Q**VINTUM CAPITALE VITIUM, EST GULA. HÆC AUTEM SIC DESCRIPTA POTESIT: *Est appetitus inordinatus cibi, & potius.* CIBUS, & POTUS AD CORPORIS SUSTENTATIONEM ORDINANTUR; QUANDO Igitur isti sumuntur propter hunc finem, modo, & circumspectia debitis, non est vitium, sed potius virtus. QUANDO VERO ALIQUID HORUM PRÆTERMITTIMUS, TUNC INORDINATIO FIT, & DELITIUM GULÆ.

HÆC AUTEM GULA, UT HABET GREG. ZO. LIB. MORALIUM, & S. THO. 2. Q. 148, QUINTUPLICITER COMMITTITUR.

PRIMO, CIRCA SUBSTANTIAM CIBI, & POTUS, CUM PRÆTER MODUM SUNT PRETIOSA, & LAUTA.

SECUNDÒ, CIRCA QUANTITATEM, CUM QUIS VESCITUR, VEL BIBIT SUPER ID, QUO INDIGET.

TERTIÒ, CIRCA QUALITATEM, CUM CIBOS DELICATOS NIMIS, & EXQUISITOS QUARIT.

QUARTO, CIRCA IPSAM DELECTIONEM GUSTUS, CUM NIMIS COMPLACER IN GUSTUS DELECTIONE.

QUINTO, CIRCA TEMPUS, CUM INDEBITO TEMPORE SUMUNTUR CIBUS, & POTUS.

HUIUS GULÆ DUX SUNT SPECIES.

ALTERA, QUAE IN CIBO IMMODERATO CONSISTIT, & DICITUR CONFESSATIO, & CRAPULA.

ALTERA, QUAE IN IMMODERATO POTU, & DICITUR EBRIETAS: DE QUILIBUS MEMINIT PAULUS AD GALAT. 5., PONENS HAS INTER OPERA CARNIS.

*Quale peccatum fit Gula.*

CAPUT LX.

**G**VLÀ, TAM QUÆ IN CIBO, QUAM QUÆ IN POTU CONSISTIT, IN SEX CÄSIBUS EST MORTALE PECCARUM.

PRIMO, QUANDO ALIQUIS IN HIS PONIT ULTIMÙ FINEM, IUXTA ILLUD PAULI: *Quorum Deus venter est:* NIMIRUM, CUM HOMO NIHIL QUÆRIT ALIUD, QUAM COMEDERE, & BIBERE; ITA VT POTUS SIT PARATUS COMMITTERE QUODEUMQUE PECCATUM, QUAM PARI DEFECTUM IN CIBO, & IN POTU.

Secun-

Secundo, quando ex appetitu cibi & potus homo prætermittit id, quod ex aliquo præcepto tenetur facere; vt, qui diebus prohibitis vescitur carnibus, & diebus ieiunij non seruat ipsum; & qui, vt cibis lauis & pretiosis fruatur, se facit impotentem ad debita soluenda creditoribus; aut non succurrit gravibus vel extremis necessitatibus proximorum; aut filias in debito statu non collocat.

Tertio, cum damnum aliquod notabile corporis sibi interfert; vt, qui ob nimium cibum vel potum incidit in febrim: vel alteri, & sic ministrat causam: & hoc, si aduententer facit, aut saltem cum debuisset aduertere: nam si expeditus est sibi talis cibum, vel alteri multum nocere, quamvis non aduertat, à culpa non excusat. Quando vero damnum non est graue, tunc erit veniale; vt, infirmus patiens febrim, si bibat aquam, quam scit futuram causam alicuius augmenti, solum venialiter peccat, sicut etiam, qui ei ministrat.

Quarto, quando graue scandalum datur proximo: vnde si alij grauiter scandalizentur ex cibi vel potu alicuius superfluitate, tenetur sub mortali cauere a tali gula: de quo scandalio dicebat Paul. se non manducaturum carnes in aeternum, si sciaret fratrem suum inde scandalum accepitrum.

Quinto, quando cibus vel potus est contra naturam: vnde, vesci carnibus hominis, aut humanum biberé sanguinem, mortale peccatum est, vt habet Caiet. 2. 2. q. 148. art. 2. & Nauarr. in summ. c. 23. nu. 130. Esset tamen hoc licitum ob infirmitatem, vel in graui aliqua necessitate, cum iam homo occisus inueniretur: non tamen licet occidere propter hoc, in nullo casu. Ita limitari præfati Doctores.

Sexto, quando timerit probabiliter ex nimio potu aliquod peccatum mortale; vt, qui se fecit multum in luxuriam procliuem, & peccare, cum modum non seruat, tunc mortale peccatum est gula. Si quis tamen cognosceret se nocturnam pollutionem pasturum ex potu vel cibo inordinato, si non assumeret hoc fuisse, & propter talis pollutionem cibus, non esset mortale, sed veniale, vt alias diximus in 6. præcepto. In his cibus est mortale, in alijs veniale vt plusimum est peccatum, vt communiter docent Thicologi

& Summislæ, verb.  
gula.